

Promētheus in m̄ythologiā, pagīna 2, articulus 2, subiectiō verbōrum (nápověda)

Promētheus etiam vāticinātiōnem dē exitiō Olympī et deōrum nōverat, nam ā mātrem suā ingenium fātodicum obtinuerat.

Subiectiō verbōrum (nápověda): Māter dedit Promētheō ingenium fātodicum, itaque Promētheus nōvit (zná) sēcrētum dē periculō exitiū Olympī, deōrum et praecipuē Iovis.

Iuppiter verba vāticinātiōnis prōmissō libertātis ā Tītānō exprimere dēsīderābat, sed Promētheus diū resistēbat.

Subiectiō verbōrum: Iuppiter prōmīsīt Promētheō libertātem, sī (jestliže) Promētheus Iovī sēcrētum vāticinātiōnis prōdet. Sed Promētheus negābat.

Postrēmō Iuppiter Promētheum commōvit, Promētheus ad condiōnēs Iovis accessit et magna sēcrēta prōdidit:

Subiectiō verbōrum: Dēnique Promētheus concessit (ustoupil, poddal se). Promētheus accēpit condiōnem Iovis et ēnarrāvit sēcrētum:

filius Thetidis aetāte mātūrā patrem suum firmitāte corporis, sapientiā, pulchritūdine aliīsque virtūtibus superābit.

Subiectiō verbōrum: Thetis dea habēbit aliquandō cum suō spōnsō (se svým nastāvajícím) filium, quī (který) suīs virtūtibus patrem praevalēbit.

Promētheī verba dominum deōrum perculērunt, nam Thetidem deam uxōrem ipse dūcere dēsīderāverat.

Subiectiō verbōrum: Iovem occupāvit timor, quia (protože) Thetis fuit spōnsa (nastāvající) Iovis.

Tantum filium Iuppiter habēre nōn petīvit et Thetidem in mātrimonium mortālī Pēleō, rēgī Myrmidonum, collocāvit.

Subiectiō verbōrum: Filius Thetidis Iovī periculōsus fuit, itaque dedit Thetidem Pēleō, quī (který) rēx Myrmidonum fuit.

Thetis clārum proeliātōrem Achillem genuit, quī ad Trōiam pugnābat et occidit.

Subiectiō verbōrum: Thetis cum Pēleō genuit Achillem, quī (který) clārus pugnātor ad Trōiam fuit.

Ingenium obtinēre – zdědit nadání (od koho? *ā, ab+ABL.*); *prōmissō (abl.) exprimere* – vynutit pod příslibem, za slib (čeho? +GEN.); *ad condiōnēs accēdere* – přijmout (přistoupit na) podmínky; *Thetis, idis, f.* – Thetis, mořská bohyně, dcera Nereova; *percellō, ere, culī, culsum* – porazit, zdtit, ohromit, polekat; *uxōrem dūcere* – oženit se, vzít si za ženu; *ipse* (zájm.) – sám, samotný; *fīlium habēre petere* – toužit mít syna; *in mātrimōnium collocāre* – provdat (za koho? +DAT.); *mortālis, is, m.* – smrtelník; *pariō, ere, peperī, partum* – (po)rodit; *occidō, ere, cidī, –, –* – padnout;